

te &c. ut in Edit. Maur. *supra-*
cit. a qua differt Exemplum no-
strum in eo, quod *Visionibus* fin-
gulis tota illa *Apocalypseos* por-
tio praemissa sit, quae in fingulis

Ciues celestis patrie
Regi Regum concinite

atque legitur in Exposit. *Apocal.*
Anselmo Laud. tributa in Edit.
Opp. Anselmi Cant. Colon. 1612.
T. II. p. 506. f. cum profaica
Expositione allegorica harum
Gemmarum deprompta e *Glossa*
ordinaria Walafir. Strabi. 2) In-
troducitur in *Apocalypsin*, cujus
initium: *Apocalypsis haec inter re-*
liquos noui testamenti libros pro-
pheta uocatur, sed aliis excellen-
tior prophetis &c. Et ipsa collecta
e mox dicta *Glossa*, ut conferenti
cum *Bibliis* glossatis patebit.

CCXX.

R. 67 Codex membraneus lat. Sec.
XIII. Folior. 102. minute, sed
nitide scriptus, rubricis enotatus,
et olim monachorum congregationis
sanctae iustine de padua deputatus
monasterio sancti Seuerini de nea-
poli, ut fol. 2. dicitur, est *Expo-*
sitio Apocalypseos temporum inju-
ria tam male habita, ut membra-
nis partim putredine corruptis,
partim evanidis dimidiae saepe
paginae legi amplius haud possint.
Atque haec labes praecipue ini-
tio accidit, ut e miniato Prologi
titulo, qui fortasse Autoris nomen
enunciabat, nihil restet, nisi: *In-*
cipiunt enu — — (cleationes?)

explicatur. Lectio ceterum satis
congruit. Ad calcem nobis prae-
terea duo adtexuntur: 1) Hym-
nus de XII. Gemmis Apocalypsi-
cis, qui insit:

Qui est supremus opifex
Ciuitatis uranice &c.

Incipit Prolo — —. Nihil paene
intentatum liqui, ut suo foetum
hunc parenti redderem, verum
irrito conatu. Adscribam igitur
locum fol. 52. p. 2. de Numero
Bestiae ad *Apoc.* XIII. 18. qui
fortassis alteri dux sit felicior. *Au-*
diamus ergo nominum interpreta-
tionem. Ipse (Antichristus) uoca-
bitur arnoime, quod interpretatur
nego (ἀνεμοί) quod illi competit,
cum se dei filium fecerit, et uoca-
bitur antemos, (ἀντ' ἐμς?) quod
interpretatur contrarius honor.
Quicumque enim negat christum,
honorem querit christi contrarium,
et uocabitur tytan id est, sol, uel
gigas id est, fortis dicitur, quod
nomen sibi fallaciter anticristus
usurpat, affirmans de se dictum fu-
isse: Exultauit ut gigas. Et uo-
bis qui timetis deum, uel nomen
meum, orietur sol iustitie, cum sit
apostata angelus in eo, transfigu-
rabit se in angelum lucis, et lin-
gua gothorum uocatur gensricos,
id est, dissipator gentium et sedu-
ctor; apud latinos uero uocabitur
diclux. Dicet enim se esse lucem
illuminantem omnem hominem ue-
nientem in hunc mundum. Fol. 74.
ad Apoc. XXI. insertus est Hym-
nus ille de Lapidibus pretiosis:
Ciues celestis patrie regi regum
con-

concinite &c. quem supra Berengaudi Expositioni Apocal. adjectum diximus, insertumque legimus Enarrationib. in Apoc. Anselmi Laudun. prout extant in Opp. Anselmi Cantuar. Colon. 1612. T. II. p. 506. f. quin tamen *Expositio* nostra aut Berengaudi aut Anselmi sit. Finit illa: *et ut uerba hujus libri et tribulationes cum patientia et gaudio perfecte (perferre?) possitis, utinam cum omnibus uobis o fratres sit gratia, id est, gratuita remissio et gratuitus amor domini nostri ihesu christi. uel domini patris et ihesu christi et spiritus sancti, spiritus sancti dico intellecti per patrem et filium. Amen.* Additur ad haec, ut ait Noster, *propter obscuritatem loci exactior Subputatio Numeri Bestiae*, ubi rursus e voce Γεννητικος conficitur valore literarum numerali DCLXVI. Ut adeo, dum Noster scriberet, recentior fuisse videatur memoria Persecutoris hujus Catholicorum a. 477. extincti.

II. fol. 77. sequitur similis *Expositio Cantici Canticorum*, in cuius Autore detegendo pariter operam me luisse profiteor. Praefatio ejus ita orditur: *Notandum quod in hoc libro Oscula, ubera, gene, femora ponuntur. In quibus uerbis non est irridenda sacra descriptio &c.* Opus vero ipsum: *Osculetur &c. Vox est sinagoge aduentum christi desiderantis. quousque sponsus meus mittet mihi oscula per moysen, mittet (per) prophetas. Jam ipsius cupio ora contingere, ipse ueniat, ipse de-*

scendat. Orat ergo sponsi patrem et dicit ad eum: Osculetur &c. Videas citari Origenem in *Cantica*, frequentius Gregorium M. frequentissime vero *Iustum episcopum, Urgellitanum* videlicet in *Hispania* Sec. VI. cuius *Expositionem in Cantica* post varias Editiones habes in *Bibl. PP. Lugd. T. IX. p. 731.* Atque hinc de nostrae *Scriptio*nis tempore aliquantum liquet. Illius finis: *assimilare capreg hynuloque ceruorum, quia tu es, qui carnem suscepisti mortaliu et saltu celeri omnes altitudines transcendisti celorum. Super montem aromatum, id est, excelsior existens super omnem gloriam angelorum. Amen.* Neque huic *Opusculo* multo magis pepercit tempus edax; restat tamen in alio *Codice*, quem, si lubet, conferre poteris ductu *Indicis.*

CCXXI.

Codex membraneus lat. Sec. R. 3315 XII. Folior. 235. f. caractere luculento perscriptus, et *Librorum* initiis picturatus inscribitur: *Incipit prologus Ruodberti tiviciensis abbatis in Apokalypsin.* Ita quidem: *Vt tu quoque o venerabilis Coloniensis Archipresul Friderice presentis &c.* Obiit hic *Fridericus I. a. 1131.* itaque quadriennio ante *Abbatem* nostrum πολυγαρον, in cuius *Opp. T. III. Venet. 1749. f. Commentarius* noster p. 349. habetur et in fit: *Apokalypsis Ihesu Christi. Cum tota libri series grece conscripta fuerit, et de greco fonte in latinę linguę am-*